214. sequ. πρ. θ' ὡς ἐν γραφαῖς. *et conspicua* (30.) *ut in picturis*, h. e. ut imago picta: Schol.: διὰ τὸ κάλλος, ἢ διὰ τὸ ἀφωνητεῖν. Chaeremon ap. Athen. 13. p. 608. B., annotante Bl.: τῆς δ' αὖ χόρεια λαγόνα τὴν ἀριστερὴν Ἔλυσε, γυμνὴ δ' αἰθέρος θεάμασι Ζῶσαν γραφὴν ἔφαινε. — προσενν. θέλουσ'. *haud secus ac si principes sacrificantes alloqui vellet*, quod tamen ei non licebat. ἐπεὶ — ἔμελψεν. hoc ideo additur, ut appareat, quo modo Iphigenia familiariter adspicere principes Graecorum, quasi allocutura, potuerit: non ignotos enim compellasset, cum saepe in patris coenaculis opiparis (κατ' ἀνδρῶνας εὐτραπέζους. Aristoph. Pac. 745.: κἀπὶ τραπέζῃ καὶ ξυμποσίοις. *Both.*) post coenam, ad quam illi duces invitati essent, cantasset. S.

217. ἀταύρ. ἄζευκτος. παρθενική. Schol. cf. Aristoph. Lys. 217.

218, 9. αὐδᾷ, voce, *cantu.* obiter corrigamus Hesiodum Theog. 48., ubi adhuc legi miror λήγουσαί τ' ἀοιδῆς, quod in numeros peccat, quidquid argutantur viri doctissimi, cum ponendum sit λήγουσαί τ' αὐδῆς, quae verba inter se permutari non est insolitum; velut Scut. Herc. 395., qui locus huic simillimus est, vulgati quidem codd. hoc habent καί τε παν-

τα δ' ἔνθεν οὔτ' εἶδον, οὔτ' ἐννέπω· ἀντ. ε'.
τέχναι δὲ Κάλχαντος οὐκ ἄκραντοι.
δίκα δὲ τοῖς μὲν παθοῦσι
μαθεῖν ἐπιῤῥέπει τὸ μέλλον·
τὸ δὲ προκλύειν, ἡ λύσις, προχαιρέτω·

ἡμέριός τε καὶ ἥρως χέει αὐδὴν, at uterque Juntinus liber ostendit *ἀοιδὴυ*, *υ* et *οι* confusis, ut fieri nonnunquam monuimus in annotatis ad Aristoph. Nub. 177. seqq. — deinde libri Aeschylei: *τριτ. εὔποτμον αἰῶνα*, sententia *ταυτολόγῳ*, nec salvo metro. dedi *εὐπότμων*, ut intelligatur *vita plena tertiarum libationum propter felicitatem* (*εὔποτμα*). Schol.: *τριτ. πολλὰς θυσίας ποιοῦντα, καὶ εὐωχίας, καὶ συμπόσια.* „*τριτόσπονδος αἰὼν* est *sors vitae, quae tertiam libationem facere permittit*, (?) i. e. quae sub tutela *Διὸς σωτῆρος* est, (?) cui tertia libatio fiebat. *perfecta felicitas.* (?) Plato Philebo p. 95, A.: *τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι.* ubi Schol. p. 43. ed. Ruhnken.: *ἐκ μεταφορᾶς εἴρηται τοῦ ἐν ταῖς συνουσίαις ἔθους. Σοφοκλῆς ἐν Ναυπλίῳ καταπλέοντι: ἐκιρνῶντο γὰρ ἐν αὐταῖς κρατῆρες τρεῖς, καὶ τὸν μὲν πρῶτον Διὸς Ὀλυμπίου καὶ θεῶν Ὀλυμπίων ἔλεγον, τὸν δὲ δεύτερον Ἡρώων, τὸν δὲ τρίτον Σωτῆρος, ὡς ἐνταῦθά τε, καὶ δὴ καὶ ἐν Πολιτείᾳ. ἔλεγον δὲ αὐτὸν καὶ Τέλειον, ὡς Εὐριπ. Ἀνδρομέδᾳ καὶ Ἀριστοφ. Ταγηνισταῖς.* cf. Hesych., Phot., Eumen. 756, Suppl. 27. etc. dum tertia libatio fiebat, paeana aliquis canebat. Antiphanes ap. Athen. 15. p. 692, F.: *Ἁρμόδιος ἐπεκαλεῖτο, παιὰν ᾔδετο, Μεγάλην Διὸς σωτῆρος ἄκατον ἦρέ τις.* Pherecrates sive quis alius ib. p. 685, A.: *ἔγχει, κἀπιβόα τρίτον παιᾶν', ὡς νόμος ἐστίν.*" E *Bl.* *φίλως ἐτίμα*, *grate celebrabat.* cf. 295.

220. ipsum sacrificium narrare veretur Chorus, *διὰ τὸ ἀπάνθρωπον εἶναι τὴν σφαγήν*, inquit Schol.; neque id erat hujus loci. apte descripsit Eurip. Iph. Aul. 1390. seqq.

221. *τέχναι. vaticinandi peritia.* vide infra 1021, 1095. *Bl.* omissis rebus tum gestis Chorus ad contemplationem eorum, quae futura sunt, conversus haud irrita fore dicit, quaecunque Calchas vaticinatus sit; nec tamen illa se agere, nec velle praescire, quae dies afferat, ne praematuro dolore crucietur. Schol.: *ὁ γὰρ προγινώσκων τὸ μέλλον καὶ προστενάζει.*

222. *δίκα*, *jus fasque.* lege naturae atque divina sancitum esse ait, ut experti cognoscamus futura. cf. 162.

223. *ἐπιῤῥέπει*, *appendit*, dat cognoscere futura. Eum. 886.: *οὐ τἂν δικαίως τῇδ' ἐπιῤῥέποις πόλει Μῆνίν τιν' ἢ βλάβην στρατῷ.* cf. Bl. alio sensu inferius dictum est *ἐπέῤῥεπε* 639.

224. Medic.: *τὸ δὲ πρ. ἐπιγένοιτ' ἂν ἡ λύσις προχαιρ.*, et similiter alii libri vett. primus T male: *ἐπεὶ γένοιτ' ἄν.* pessime Glasg.: *ἤλυσις.* vulgo tamen nunc legitur: *τὸ δὲ προκλύειν ἐπεὶ γένοιτ' ἂν ἤλυσις, προχαιρέτω*, quae nec sensum habent et metrum evertunt. solus Bl. restituit genuinam vocem *λύσις*, sed reliqua magis etiam corrupit. Hermannus autem ap. Humboldtium recte quidem delevit verba *ἐπεὶ γένοιτ' ἄν*, nec tamen etiam ipse profecit scribendo *τὸ προκλύειν δ' ἤλυσιν προχαιρέτω*, quod ita reddidit Humb.: *Voraus das Ende vernehmen sey mir fern!* certa emendatione posuisse mihi videor *τὸ δὲ προκλύειν, ἡ λύσις, προχαιρέτω*, *praescire autem, quae sit solutio*, h. e. finis harum rerum, *valeto.* valeat talis scientia. ita Soph. Trach. 1105. *μόχθων τῶν ἐφεστώτων λύσιν* dixit, et, monente Bl., El. 136. *ἀνάλυσιν κακῶν.* cf. Oedip. R. 868. verbis *ἡ λύσις* adscriptum interpretandi gratia *ἐπιγένοιτ' ἂν* in ipso versu positum est,

ἴσον δὲ τῷ προστένειν·
τορὸν γὰρ ἥξει σύνορθρον αὐγαῖς.
πέλοιτο δ' οὖν τἀπὶ τούτοισιν
εὔπραξις, ὡς θέλει τόδ' ἄγχιστον
Ἀπίας γαίας μονόφρουρον ἕρκος.
ἥκω σεβίζων σὸν, Κλυταιμνήστρα, κράτος· i. tr.
δίκη γάρ ἐστι φωτὸς ἀρχηγοῦ τίειν
γυναῖκ', ἐρημωθέντος ἄρσενος θρόνου.
σὺ δ' εἴτε κεδνὸν, εἴτε μὴ, πεπυσμένη
εὐαγγέλοισιν ἐλπίσιν θυηπολεῖς,
κλύοιμ' ἂν εὔφρων· οὐδὲ σιγώσῃ φθόνος.

ut solet fieri, idque ne loco quidem suo. hinc illae lacrimae.

225. *προστένειν.* Prom. 674.: *πρό γε στενάζεις καὶ φόβου πλέα τις εἶ.* Thuc. 2, 39.: *τοῖς μέλλουσιν ἀλγεινοῖς μὴ προκάμνειν.* *E Bl.*

226. *αὐγαῖς* debetur Hermanno: nam in libris vel *αὔταῖς* legitur, vel *αὐταῖς*, quorum neutro hic opus est. *αὐγαῖς* dictum pro *αὐγαῖς ἡλίου*, ut ap. Eurip. Alc. 641, 842. — *σύνορθρον* scribendum esse vidit Well. (*σύνορθρον αὐγαῖς, simul cum matutinis diei radiis*), cum Vict. et recentiores libri habeant *σύναρθρον*, Medic. autem Guelf. et priscae edd. *σύνορθον* vel *σὺν ὀρθὸν*, ρ littera rapta, ni fallor, ab ο simili: vide supra 104. et ann. ad 130. *σύναρθρον* St. vertit *consonum*, Bl. *connexum, congruens*, metaphora ab ossium junctura, cujus usus exempla desidero. *σύνορθρον* fortasse est *ἅπαξ λεγόμενον*, sed formatum *ἀναλογικῶς* aptissimumque. Schol.: *τορόν. φανερόν. τὸ πεπρωμένον φανερὸν ἥξει*

227. *τἀπὶ τούτοισιν*, *quod ad futura attinet.* Eurip. Iph. A. 388.: *τἀπὶ τοῖσι δ' ἐξάρχου κακᾶ* etc. *Bl.*

228, 9. *τόδ' ἄγχιστον. τὸ συγγενικόν.* Schol. h. e. Argis natum, *Argivum.* (alias *cognatum* significat, velut Soph. El. 1040. et ap. Eurip. Troad. 48.) seu potius *proximum*, ut Soph. Oed. R. 866., quae Blomfieldii ratio est: „quia Agamemnon," inquit, „et principes Argivorum aberant. Schol: *μονόφρουρον, ἐπειδὴ μόνοι γέροντες ἐφύλασσον τὴν Ἑλλάδα.* quod in Persia quoque factum fuisse ait Aesch. in Persarum prologo, ut senes regni custodes relinquerentur." *τόδε*, ut Chorus de se ap. Eurip. Or. 1221.: *παραμένει γὰρ ἔτι σοι τόδ' ἐν Δαναϊδῶν πόλει.* conf. 761, 1279. — *Ἀπίας γαίας*, Peloponnesi, et per metonymiam regni Argolici, quae est pars ejus. conf. annott. ad Suppl. 103. — „*ἕρκος*, ut *ἕρκος Ἀχαιῶν* ap. Hom. Il. *η'*, 211." *Bl.* — his recitatis prodeuntem Clytaemnestram conspiciens salutat Chorus.

231. *ἀρχ.*, *regis*, quo sensu haec vox legitur ap. Eurip. Iph. T. 1194, Thuc. 1, 132., aliisque locis; quae Bl. commemoravit, monens tamen, frequentius ea significari *auctorem alicujus rei*, seu bonae, seu malae, velut Soph. Oed Col. 60., Plat. Cratyl. p. 54. ed. 2. Basil. etc.

233. hyperbaton: nam ordo hic est: *σὺ δ' εἴτε κεδνὸν πεπυσμένη εὐαγγέλοισιν ἐλπίσιν θυηπολεῖς, εἴτε μὴ, κλύοιμ' ἂν* etc.

234. *εὐαγγ. ἐλπ.*, *spe in bono nuntio posita.* intelligit autem sperandum Agamemnonis reditum. — *θυηπ.* *sacrificas.* cf. 87. seqq.

235. *εὔφρων*, *benevolus erga te.* cf. 243. — *E Bl.* similiter Chorus Pers. 152.: *εὐμενεῖς γὰρ ὄντας ἡμᾶς τῶνδε συμβούλους καλεῖς.* — Schol.: *οὐδὲ σιγ. φθόνος.* *εἰ μὴ θέλεις εἰπεῖν, οὐ μεμφαίμην ἄν.*

ΚΛ. εὐάγγελος μὲν, ὥσπερ ἡ παροιμία,
ἕως γένοιτο μητρὸς εὐφρόνης πάρα.
πεύσει δὲ χάρμα μεῖζον ἐλπίδος κλύειν·
Πριάμου γὰρ ᾑρήκασιν Ἀργεῖοι πόλιν.
ΧΟ. πῶς φῄς; πέφευγε τοὔπος ἐξ ἀπιστίας.
ΚΛ. Τροίαν Ἀχαιῶν οὖσαν. ἦ τορῶς λέγω;
ΧΟ. χαρά μ' ὑφέρπει, δάκρυον ἐκκαλουμένη.
ΚΛ. εὖ γὰρ φρονοῦντος ὄμμα σοῦ κατηγορεῖ.
ΧΟ. τί γὰρ τὸ πιστόν ἐστι τῶνδέ σοι τέκμαρ;

236, 7. γένοιτο καλὴ ἡμέρα, ὥσπερ ἡ νύξ. Schol. ap. Paroemiarum scriptores non extat. — ἕως — πάρα. nox ferat faustam diem. noctem diei matrem dicit, ut et postea 251. quippe ex antiquorum sententia tenebrae luce priores. Orphicus hymnus Noctis: Νύκτα θεῶν γενέτειραν ἀείσομεν ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν. (Hesiodus Theog. 123.: ἐκ Χάεος δ' Ἔρεβός τε μέλαινά τε Νὺξ ἐγένοντο, Νυκτὸς δ' αὖτ' Αἰθήρ τε καὶ Ἡμέρη ἐξεγένοντο, Οὓς τέκε κυσσαμένη, Ἐρέβει φιλότητι μιγεῖσα. Hyginus fab. principio: *Ex Caligine Chaos, ex Chao et Caligine Nox, Dies, Erebus, Aether.* Both.) hinc Thales cuidam sciscitanti, quid prius extiterit, nox an dies, Nox, inquit, una die prius. V. Diog. Laërt.: πρὸς τὸν πυθόμενον, τί πρότερον ἐγεγόνει, νὺξ ἢ ἡμέρα, ἡ νὺξ, ἔφη, μιᾷ ἡμέρᾳ πρότερον. quin etiam Athenienses dies ab occasu solis computabant, teste Gellio 3, 2. inde plerisque gentibus temporum per noctes numeratio. de Germanis Tacitus: *nec dierum numeros, ut nos, sed noctium computant; sic constituunt, sic condicunt. nox ducere diem videtur.* idem de Gallis refert Caesar libro 6. belli Gallici, de Numidis Nicolaus Damascenus, de aliis alii. *E St.* hinc νυχθήμερον dicebant, non ἡμερονύκτιον. — *Bl.*

240. πῶς φῄς; diffidentis esse monuit Bl. Eurip. Hel. 431.: πῶς φῄς; τίν' εἶπας μῦθον; αὖθίς μοι φράσον. cf. Soph. Oed. R. 705. etc. S.: „*quid ais? effugit verbum prae incredulitate.* h. e. adeo incredibilia sunt, quae narras, ut audita audivisse mihi non videar, sive *ut dicta tua aures praetervolaverint.*“ idem significans Livius 33, 32. in re non minore, libertate Graecis reddita a Romanis a. U. C. 556., ante Chr. nat. 196.: *audita, inquit, voce praeconis majus gaudium fuit quam quod universum homines caperent. vix satis credere se quisque audisse; alii alios intueri, mirabundi velut somnii vanam speciem; quod ad quemque pertineret, suarum aurium fidei minimum credentes, proximos interrogabant. revocatus praeco, cum unusquisque non audire, sed videre libertatis suae nuntium averet, iterum pronuntiaret eadem.* (cf. 291.) *tum ab certo jam gaudio tantus cum clamore plausus est ortus totiesque repetitus, ut facile appareret, nihil omnium bonorum multitudini gratius quam libertatem esse.* annotavit haec St. secundum P. Victorium V. L. 2, 4. cf. Plut. Flaminino c. 10. et ibi annotata a doctissimo Bährio.

242. ὑφέρπει, *subit.* cf. inferius 402. etc. *Bl.* comparavit St. Homeri δακρυόεν γελάσασα Il. ζ', 484., Xenophontis κλαυσίγελως Hellen. 7, 2, 9., Sophoclis γεγηθὸς δάκρυον El. 1165., denique Demeae Terentiani dictum *oh, lacrumo gaudio* Adelphis 3, 3, 55., ubi vid. Lindenbrog.

243. *credo te laetari: nam benevolentiam tuam oculus arguit.* κατηγορεῖ bono sensu, ut ap. Xenoph. Mem. Socr. 2, 4. (?) — S. idem Cyrop. 1, 4, 3.: ὅμως ἐμφαίνεταί τι νεαρὸν αὐτοῖς, ὃ κατηγορεῖ τὴν ὀλιγοετίαν (ὀλιγοέτειαν), i. e. indicat. vid. Schäfer. indice Apoll. Rhod. p. 662. *Bl.*

ΚΛ. ἔστιν, τί δ' οὐχί; μὴ δολώσαντος θεοῦ.
ΧΟ. πότερα δ' ὀνείρων φάσματ' εὐπειθῆ σέβεις;
ΚΛ. οὐ δόξαν ἂν λάβοιμι βριζούσης φρενός.
ΧΟ. ἀλλ' ἦ σ' ἐπίανέν τις ἄπτερος φάτις;
ΚΛ. παιδὸς νέας ὣς, κάρτ' ἐμωμήσω φρένας.
ΧΟ. ποίου χρόνου δὲ καὶ πεπόρθηται πόλις;
ΚΛ. τῆς νῦν τεκούσης φῶς τόδ' εὐφρόνης, λέγω.
ΧΟ. καὶ τίς τόδ' ἐξίκοιτ' ἂν ἀγγέλων τάχος;
ΚΛ. Ἥφαιστος Ἴδης λαμπρὸν ἐκπέμπων σέλας·
* φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρος

245. *est certum horum indicium, quidni? cum deus non mentiatur.* deum intelligit deum Vulcanum. cf. 253. interjectum est *τί δ' οὐχί;* ut Soph. Ant. 430.: *θανουμένη γὰρ ἐξῄδη, τί δ' οὔ; Κεἰ μὴ σὺ προὐκήρυξας.* frequentius est *πῶς γὰρ οὔ;* quod Choëph. 752. aliisque locis legitur, ut monuit Bl. sunt haec minime dubitantium de re aliqua.

246. *εὐπ. apta ad persuadendum. σέβεις, magni facis*, aliquid illis tribuis.

247. *imo vero ego nunquam somno gravatae mentis opinionem* seu *visum acceperim* vel *probaverim.* S. Aristoph. Ran. 247.: *τουτὶ παρ' ὑμῶν λαμβάνω;* sed vereor, ne sic reddendum sit: *nolo famam subire dormitantis mentis*, h. e. oscitantis, inertis, stultae. Eurip. Hel. 791.: *πῶς οὖν θανούμεθ', ὥστε καὶ δόξαν λαβεῖν;* et Herc. fur. 287. *δόξαν κακὴν λαβόντας* etc.

248. *an vero rumor aliquis subitaneus te beavit? ἐπίανεν*, quod proprie est *pinguefecit* sive *saginavit*, hic et infra *τροπικῶς* inflatum laetitia animum significat. — *ἄπτερος.* „Hom. Odyss. ρ', 57.: *ὣς ἄρ' ἐφώνησεν, τῇ δ' ἄπτερος ἔπλετο μῦθος*, h. e. Herodiano interprete *ἕτοιμος.* Hesych.: *ἄπτερος. αἰφνίδιος, παρὰ Ὁμήρῳ. ὁ προσηνής. ἢ ταχύς. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι.*" E Bl., quem vide, et Schneiderum lex. gr. h. v.

249. similiter, annotante Bl, Prom. 961.: *ἐκερτόμησας δῆθεν ὡς παῖδ' ὄντα με.* cf. 420.

250. *ποίου χρόνου, quo tempore.* vide sequ. versum, Musgrav. ad Eurip. Iph. A. 1449, Aristoph. Av. 982, Soph. Oed. Col. 362., Matth. gr. gr. §. 378, 2.

254. de hac *φρυκτωρίᾳ* vide supra 8. — *ἀγγάρου*, non *ἀγγέλου*, ut Aeschyli codd., habent Etym. M. p. 7., Eustath. ad Odyss. τ', p. 1854, 27., lex. Seguier. p. 325. ed. Becker. etiam Suidas: *ἄγγαροι*, inquit, *οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ ἀστάνδαι. τὰ δὲ ὀνόματα Περσικά. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι· φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς ἔπεμπε.* Herod. 8, 98.: *ὅσων ἂν ἡμερέων ἡ πᾶσα ὁδὸς, τοσοῦτοι ἵπποι τε καὶ ἄνδρες διεστᾶσι κατὰ ἡμερησίην ὁδὸν ἑκάστην τεταγμένοι· τοὺς οὔτε νιφετὸς, οὐκ ὄμβρος, οὐ καῦμα, οὐ νὺξ, ἐέργει μὴ οὐ κατανύσαι τὸν προκείμενον ἑωϋτῷ δρόμον τὴν ταχίστην. ὁ μὲν δὴ πρῶτος δραμὼν παραδιδοῖ τὰ ἐντεταλμένα τῷ δευτέρῳ· ὁ δὲ δεύτερος τῷ τρίτῳ· τὸ δὲ ἐνθεῦτεν ἤδη κατ' ἄλλον διεξέρχεται παραδιδόμενα, κατάπερ Ἕλλησι ἡ λαμπαδηφορίη, τὴν τῷ Ἡφαίστῳ ἐπιτελέουσι. τοῦτο τὸ δράμημα τῶν ἵππων καλέουσι Πέρσαι ἀγγαρήϊον.*—hanc scripturam, a Cantero Stanlejo et aliis viris doctis merito commendatam, Glasguensis recentioresque editores in ordinem receperunt; nec dubia est vox *ἄγγαρος;* sed ut concedamus, *πῦρ ἄγγαρον* dici *ἀγγαρεῖον* (Matth. gr. gr. §. 429, 2.), et *φρυκτὸν ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς* esse *φρυκτὸν ἀγγά-*

ἔπεμπεν· Ἴδη μὲν πρὸς Ἑρμαῖον λέπας
Λήμνου· μέγαν δὲ πανὸν ἐκ νήσου τρίτον
Ἄθῳον αἶπος Ζηνὸς ἐξεδέξατο,
* ὑπερτελής τε, πόντον ὥστε νωτίσαι,
ἰσχὺς πορευτοῦ λαμπάδος πρὸς ἡδονήν,

ρου πυρός, quemadmodum illud Hermesianactis μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου et similia dicuntur, quae illustravit Gräfius ad Meleag. 47., tamen haec et ambigua sunt, cum verbum ἀγγάρου etiam per se intelligi possit, quasi dictum sit πυρσὸς πυρὸς ἀγγάρου, et minus proprie ἄγγαρον sive ἀγγαρεῖον πῦρ dicitur fax non ab angaro sublata, sed ἀγγάρῳ similis ejusque vicem praestans, quod recte dicitur ὑπάγγαρος, ut ὑπόροφος aliaque multa hujusmodi vocabula. quare ne nunc quidem me poenitet, quod olim hoc posuerim φρ. δὲ φρ. δεῦρ' ὑπαγγάρου πυρὸς Ἔπεμπεν, cum praesertim nemo nesciat, praepositiones ἀπὸ et ὑπὸ saepe inter se permutari: vide Schäfer. Melet. crit. p. 22., nos ad Eurip. Helen. 34. etc.

255. Ἑρμαῖον. ὄρος Λήμνου, ἐν ᾧ ἐτιμᾶτο ὁ Ἑρμῆς. Schol. Soph. Phil. 1376.: πολλὰ δὲ φωνῆς τῆς ἡμετέρας Ἕρμαιον (sic ibi codd.: vide Lobeck. ad Phryn. p. 367. seqq.) παρέπεμψεν ἐμοὶ Στόνον ἀντίτυπον χειμαζομένῳ. de Lemno insula vide Melam 2, 7., Plinium 4, 23. etc. „λέπας, rupes, promontorium. Ammon. de diff. vocabb.: λέπας καὶ λεπὰς διαφέρει. λέπας μὲν γὰρ βαρυτόνως ἐστὶν ὄρους ἀπόσπασμα· λεπὰς δὲ ὀξυτόνως ἐν ταῖς πέτραις γινόμενον. vocem amabat Euripides: vide Phoen. 24.“ etc. *Bl.* cf. et inferius 270.

256. πανὸν pro vulgato φανὸν Glasg. et recentiores admiserunt auctore Athen. 15. p. 701, E. cf. Eurip. Ione 162. et 1188., ubi itidem lapsi sunt librarii et explicatores. ceterum πανὸς dictus pro luce facis.

257. ita Blomf. secundum Eustath. ad Il. β', p. 358, 42., ubi haec leguntur: ἀθῷος μὲν γὰρ κατά τινας προπερισπωμένος ὁ ἀζήμιος· Ζεὺς δὲ Ἄθῳος προπαροξυτόνως ὁ ἐν τῷ Ἄθῳ τιμώμενος, ὅν, φασίν, ἔστι καὶ Ἀθώϊον κατὰ διαίρεσιν εἰπεῖν, ὁμοίως τῷ ἄρειος, ἀρήϊος. κατὰ μέντοι ἑτέρους, ὧν ἐστι καὶ Ἡρωδιανός, ἀνάπαλιν ὁ μὲν παρὰ τὸν Ἄθων Ζεὺς Ἀθῷος προπερισπασθήσεται κατὰ τὸ ἥρως ἡρῷος, Μίνως Μινῷος, γάλως γαλῷος, τὸ δὲ ἕτερον προπαροξυνθήσεται. ibidem Sophocles Thamyride: Θρῆσσαν σκοπιὰν Ζηνὸς Ἀθῴου. vulgo tamen codd.: Ἄθωον. cf. ann. ad Aristoph. Nub. 1353. Strabo Excerpt. libri 7., 16.: ἔστι δ' ὁ Ἄθων ὄρος μαστοειδές, ὀξύτατον, ὑψηλότατον, οὗ οἱ τὴν κορυφὴν οἰκοῦντες ὁρῶσι τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντα πρὸ ὡρῶν γ' τῆς ἐν τῇ παραλίᾳ ἀνατολῆς. cf. Mela 2, 2. circa finem, Plin. 4, 17. Hesych.: Ἄθῳος. ὁ ἐπὶ Ἄθῳ τοῦ ὄρους ἱδρυμένος ἀνδριάς, ὁ Ζεύς. idem: αἶπος — ὑψηλὸς τόπος, ἢ ὑλώδης.

258. ὑπερτελής τε. intell. ἐστὶ, quod est cum durius omittitur, vel scribendum, auctore Butlero: ὑπερτελής τε πόντον ὥστε νώτισεν Ἰσχὺς etc. *et transiliens velut navigat mare fax* etc. sic Eurip. ap. Pollucem 7, 178.: κοίλοις ἐν ἄντροις ἄλυχνος, ὥστε θήρ, μόνος. vid. Porson. praefatione Hecubae p. 32. similia νώτισε, νώτισε, νωτίσαι. — Schol.: νωτίσαι. ὑπερβῆναι. Bl.: „lux dicitur ire ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης, ut ait Hom. Il. β', 159.“ significatus rarior hujus verbi. ap. Eurip. Phoen. 612. ἐνώτισεν est *per terga diffluit*, ut Bl. annotavit, Andromachae autem 1097. et ap. Soph. Oed. R. 185. νωτίζειν significat *terga dare.*

259. πορευτοῦ πρὸς ἡδονήν, *lucis, quae grate atque optato proficiscitur.* πρὸς ἡδ, ut Prom. 481. etc.

πεύκης τὸ χρυσοφεγγὲς ὥς τις ἥλιος
σέλας παραγγείλασα Μακίστου σκοποῖς·
ὁ δ' οὔτι μέλλων, οὐδ' ἀφρασμόνως ὕπνῳ
νικώμενος, παρῆκεν ἀγγέλου μέρος,
ἑκὰς δὲ φρυκτοῦ φῶς ἐπ' Εὐρίπου ῥοὰς
Μέσσαπίου φύλαξι σημαίνει μολόν.
οἱ δ' ἀντέλαμψαν καὶ παρήγγειλαν πρόσω,
γραίας ἐρείκης θωμὸν ἅψαντες πυρί·
σθένουσα λαμπὰς δ' οὐδέ πω μαυρουμένη,
ὑπερθοροῦσα πεδίον Ἀσωποῦ δίκην

260. ita Bl. annotatione. libri: πεύκη, τὸ etc. abstulit, ni fallor, σ litteram τ similis, quae sequitur. certe τῷ ἰσχὺς λαμπάδος appositum πεύκη vehementer friget.

261. *Μακίστου.* Plinius H. N. 5, 31. extremo, ubi Lesbum insulam describit: *montes habet Lepethymnum, Ordymnum* (Ὄρδυνον vocat Theophr. libr. 3. H. Pl. c. 18. *Harduin.*), *Macistum, Creonem, Olympum.* ceterum non sane intelligo, cur face Athoa opus fuerit, cum Athos mons pari propemodum intervallo absit ab insula Lemno atque haec a Lesbo, duplex autem inter hanc et montem illum spatium intercedat. nam quos alios montes Macistos dicat S. quam istum Lesbium, ignoro; nec verisimile est, quod in mentem venit Blomfieldio, eo nomine fortasse appellatum fuisse montem aliquem Euboeae, quoniam Macisto, oppido Elidensi, colonia deducta sit Eretriam, urbem ejus insulae, teste Strabone 10, 10. quodsi hallucinatus est Aeschylus, non mirum fecit, qui fuerit miles poëta, non geographus. quanquam Clytaemnestrae potius quam Aeschylo imputandum hoc quidquid est erroris censet amicus quidam meus, quae geographiam ignoraverit, more tum feminarum domi desidentium; quemadmodum Ionem ultro citroque errare faciat hic noster Prometheo pro insana, qualis fuerit. sed haec ille per jocum. — σκοποῖς recte edidit Bl., idque ipsum, non vulgatum σκοπαῖς, significat scriptura veterum librorum σκοπὰς vel σκοπὰς, οι et α inter se permutatis, ut saepe factum. usitate autem positus est pluralis pro singulari, siquidem uno tantum speculatore opus fuit quoque in loco; itaque singularem usurpavit in sequentibus et 286.

262. ἀφρ. *socorditer*, *incuriose.* Bl. et S.: ἀφραδμόνως, ut Pers. 390., quam formam et vetustiorem esse putant, et Atticam.

263. παρ. ἀ. μέρος, *neglexit nuntii partes.*

264. de Euripo vide ann. ad 173.

265. ita R, Bl. vulgo: Μεσαπίου. Virg. Aen. 7, 691.: *at Messapus, equûm domitor.* cf. Aen. 8, 6., Thuc. 3, 101.; 7, 33., Strab. 9. p. 414. ed. Siebenk., Aristot. H. A. 9, 32. etc. Strabo l. l.: ἐν τῇ Ἀνθηδονίᾳ (mendose Aristot. ἐν τῇ Παιονίᾳ etc.) Μεσσάπιον ὄρος ἐστὶν, ἀπὸ Μεσσάπου, ὃς εἰς τὴν Ἰαπυγίαν ἐλθὼν Μεσσαπίαν τὴν χώραν ἐκάλεσεν. Schol.: Μεσάπιον ὄρος μεταξὺ Εὐβοίας καὶ Βοιωτίας. cf. Heynii excurs. 8. ad Aen. 7.

267. ἐρείκης, *ericae herbaceae* Linn., quam illi cremarunt γραῖαν, *veterem*, h. e. *aridam*, metaphora a personis satis usitata. vide Bl. — Schol.: θωμόν. σωρόν. „Moeris: θωμὸς Ἀττικῶς, ὡς Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις. θημὼν Ἑλληνικῶς. ubi vid. Pierson.“ *Bl.* cf. Aristoph. Lys. 908.

268. μαυρ. *obscurata*, extincta. idem est μαυροῦν atque ἀμαυροῦν, de quo ad Pers. 200. cf. inferius 412.

269. sequ. Ἀσωποῦ. Pers. 757. de

φαιδρᾶς σελήνης, πρὸς Κιθαιρῶνος λέπας
ἤγειρεν ἄλλην ἐκδοχὴν πομποῦ πυρός.
φάος δὲ τηλέπομπον οὐκ ἠναίνετο
φρουρὰ, πλέον καίουσα τῶν εἰρημένων,
λίμνην δ' ὑπὲρ Γοργῶπιν ἔσκηψεν φάος,
ὄρος τ' ἐπ' Αἰγίπλαγκτον ἐξικνούμενον
ὤτρυνε θεσμὸν μὴ χατίζεσθαι πυρός.
πέμπουσι δ' ἀνδαίοντες ἀφθόνῳ μένει
φλογὸς μέγαν πώγωνα, καὶ Σαρωνικοῦ
πορθμοῦ κάτοπτον πρῶν' ὑπερβάλλειν πρόσω
* *φλέγουσαν· εἶτ' ἔσκηψεν, εἶτ' ἀφίκετο*
Ἀραχναῖον αἶπος, ἀστυγείτονας σκοπὰς,

Cithaerone monte vide Soph. Oed. R. 406, Eurip. Phoen. 24. etc. — *λέπας.* 255.

271. *ἐκδοχὴν*, *successionem.* vide Eurip. Hipp. 819. Thomas Mag.: *οὐ μόνον διαδοχὴ, ἀλλὰ καὶ ἐκδοχὴ* etc. cf. 285. *πομποῦ*, *ignis ignem deducentis*, sive *transmittentis*. Pers. 595. *E Bl.*

274. *λίμνην Γοργ.* Etym. M. p. 384, 32.: *Ἐσχατιῶτις. λίμνη κειμένη μετὰ τὸν Ἰσθμόν. — ὕστερον δὲ Γοργῶπις ἐκλήθη ἀπὸ Γόργης, τῆς Μεγαρέως θυγατρὸς, γυναικὸς Κορίνθου, ἥτις, ἀκούσασα τὸν τῶν παίδων φόνον, περιαλγὴς γενομένη ἔῤῥιψεν ἑαυτὴν εἰς τὴν λίμνην.* cf. Hesych. v. *Γοργῶπις. E Bl.*

275. *Αἰγ. ὄρος Μεγαρίδος.* Schol.

276. *χατίζεσθαι*, *deesse*, *desiderari.* Heathii haec emendatio, quem fere secuti sunt recentiores. libri: *χαρίζεσθαι.* Casaubono et Stanlejo placuit *ὤτρ. θεσμόν μοι χαρίζεσθαι π.*, cui scripturae colorem des collato versu 288. sed h. l. pronomen habet nescio quid abrupti atque abhorrentis a reliquis. *Bl.*: *θεσμὸν*, *legem*, *quae successionem ignis regebat.* Hom. Odyss. ψ', 297.: *ἀσπάσιοι λέκτροιο παλαιοῦ θεσμὸν ἵκοντο.*

277. *ἀνδ. ἀναδαίοντες.*

278. *πώγωνα λέγει τὴν εἰς ὀξὺ λήγουσαν ἀκμὴν τοῦ πυρός· καὶ ὁ πώγων γὰρ εἰς ὀξὺ λήγει. — σημείωσαι δὲ, ὅτι ἐκ τούτου ὠνομάσθη παρὰ τοῖς μετεωρολόγοις πωγωνίας ἀστήρ.* (h. e. cometes, cum solem mane praevenit. vid. Harduin. ad Plin. H. N. 2, 22.) Schol. — *Σαρ. πορθμοῦ.* Strabo 8, 6., ed. Tauchnitz. 2. p. 195., ubi Argolidem describit: *εἶθ' ὁ Σαρωνικὸς κόλπος· οἱ δὲ πόντον λέγουσιν* (Eurip. Hipp. 1145.), *οἱ δὲ πόρον, καθ' ὃ καὶ πέλαγος λέγεται Σαρωνικόν. καλεῖται δὲ πᾶς ὁ συνάπτων πόρος ἀπὸ τῆς Ἑρμιονικῆς καὶ τῆς περὶ τὸν Ἰσθμὸν θαλάττης τῷ τε Μυρτώῳ πελάγει καὶ τῷ Κρητικῷ. τοῦ δὲ Σαρωνικοῦ Ἐπίδαυρός τέ ἐστι καὶ ἡ προκειμένη νῆσος Αἴγινα* etc. Bl.: *Σαρ. π. κάτοπτον*, *unde sinus Saronicus prospici potest.*

279. sequ. *ὑπερβ.* intell. *ὥστε. φλέγουσαν φλόγα. — εἶτ' ἔσκηψεν, εἶτ' ἀφίκετο.* inepte repetito adverbio res, quae momento temporis facta est, velut retardatur et in partes distrahitur. languet etiam illud, quod St. aliique posuerunt, *ἔστ' ἀφίκετο.* quovis pignore contenderim, scribendum esse *εὖ τ' ἔσκηψεν, εὖ τ' ἀφίκετο* etc. *et feliciter lux emicuit, et feliciter pervenit ad Arachnaeum verticem.* Eurip. Iphig. A. 893.: *ἀλλ' εὖ μὲν ἀρχὰς εἶπας, εὖ δὲ καὶ τέλη.* et Antiopae fragm. 12.: *γνώμῃ γὰρ ἀνδρὸς εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις, Εὖ δ' οἶκος* etc.

281. *Ἀρ. αἶπος. ὄρος Ἄργους.* Schol.

κἄπειτ' Ἀτρειδῶν ἐς τόδε σκήπτει στέγος
φάος τόδ' οὐκ ἄπαππον Ἰδαίου πυρός.
τοιοίδ' ἕτοιμοι λαμπαδηφόρων νόμοι,
ἄλλος παρ' ἄλλου διαδοχαῖς πληρούμενοι·
νικᾷ δ' ὁ πρῶτος καὶ τελευταῖος δραμών.
τέκμαρ τοιοῦτο ξύμβολόν τε σοὶ λέγω
ἀνδρὸς παραγγείλαντος ἐκ Τροίας ἐμοί.
ΧΟ. θεοῖς μὲν αὖθις, ὦ γύναι, προσεύξομαι,
λόγους δ' ἀκοῦσαι τούσδε κἀποθαυμάσαι
διηνεκῶς θέλοιμ' ἄν· ὡς λέγοις πάλιν.
ΚΛ. Τροίαν Ἀχαιοὶ τῇδ' ἔχουσ' ἐν ἡμέρᾳ.
οἶμαι βοὴν ἄμικτον ἐν πόλει πρέπειν.
ὄξος τ' ἄλειφά τ' ἐγχέας ταυτῷ κύτει
διχοστατοῦντ' ἂν οὐ φίλως προσεννέποις,
καὶ τῶν ἁλόντων καὶ κρατησάντων δίχα
φθογγὰς ἀκούειν ἔστι συμφορᾶς διπλῆς.
οἱ μὲν γὰρ ἀμφὶ σώμασιν πεπτωκότες

283. *οὐκ ἄπαππον.* οὐ ξένον, ἀλλὰ συγγενές. Schol.

284. *ἕτοιμοι*, *expediti.* ita Farn., St. annotatione, Heath., Well. ἔτυμοι V, Cant., St., frequentissimo errore. perperam S. aliique: τοιοίδε τοί μοι. ordo: τοιοίδε νόμοι λαμπ. ἕτοιμοι, intellecto εἰσί. Bl.: „λαμπαδηφόροι proprie dicebantur cursores in certamine Panathenaïco, qui lampadas alius alii tradebant, in honorem Vulcani; unde metaphorae vis in h. l. perspici potest" etc. imitabantur hae faces Agamemnoniae angarorum cursus (254.), quos etiam Herodotum (ann. ad 254.) λαμπαδηφορίαις Graecorum assimilasse monuit St., de quibus λαμπαδηφορίαις vide Aristoph. Ran. 131, 1026.

286. *vincit autem primus et ultimus cursor:* h. e. eum, qui in Ida, et postremum, qui in Arachnaeo colle flammam incendit, primo loco pono, quoniam absque illo quidem nullus fuisset nuntius, postremus autem nobis ejus laetitiam impertivit. manet in eadem allegoria a cursu lampadum. S.

287. *ξύμβολον.* cf. 8.

289. seqq. *αὖθις*, *postea*, ut Eurip. Or. 882. etc. Hesych.: αὖθις. μετὰ ταῦτα. *Bl.* *διηνεκῶς*, *ordine.* Hom. Odyss. δ', 836.: διηνεκέως ἀγορεύσω, *perspicue dicam.* protulit hunc locum Bl. cf. Odyss. η', 241. — *ὡς λέγοις πάλιν*, *itaque velim te illa repetere.* cf. ann. ad 240.

292. de reprehensione, in quam hic locus olim incurrit, vide ann. 8. ad argumentum fabulae. — *ἔχουσι.* κατέχουσι. similiter Teutones.

293. *ἄμικτον*, non mixtam, *dissonam.* *πρέπειν*, existere, oriri.

294. *κύτει*, *vasi.* Theb. 462.

295, 6. οὐ φίλως Farn., V, Canter., Well. οὐ φίλῳ auctore St. Glasg. et alii. margo Mitford.: κοὐ φίλω. cf. 219, Aristoph. Plut. 376. *διχ.* *discordantia inter se.* *δίχα*, *separatim*, h. e. diversas. Prom. 902., monente Bl.: ὅσον τό τ' ἄρχειν καὶ τὸ δουλεύειν δίχα. Herod. 6, 109.: τοῖσι δὲ Ἀθηναίων στρατηγοῖσι ἐγίνοντο δίχα αἱ γνῶμαι. cf. inferius 1255. etc.

298. *οἱ μέν.* Trojani.

ἀνδρῶν κασιγνήτων τε καὶ φυταλμίων
παῖδες γερόντων οὐκέτ' ἐξ ἐλευθέρου
δέρης ἀποιμώζουσι φιλτάτων μόρον·
τοὺς δ' αὖτε νυκτίπλαγκτος ἐκ μάχης πόνος
νῆστις πρὸς ἀρίστοισιν, ὧν ἔχει πόλις,
τάσσει πρὸς οὐδὲν ἐν μέρει τεκμήριον,
ἀλλ', ὡς ἕκαστος ἔσπασεν τύχης πάλον,
ἐν αἰχμαλώτοις Τρωϊκοῖς οἰκήμασιν
ναίουσιν ἤδη, τῶν θ' ὑπαιθρίων πάγων
δρόσων τ' ἀπαλλαγέντες ὧς, δυσδαίμονες,

299. *φυτ.*, *satorum.* *οὐ κατὰ τὸν φυτάλμιον Δία ἐνταῦθα ἡ ἐτυμολογία*, (hoc dicit, non eundem hic sensum habere vocab. *φυτάλμιος.*) *ἐκ τῆς φύτλης δὲ* (imó ex antiquo *φυτάλη*, ex quo illud contractum est, ut monuit Bl.) *γίνεται φυτάλιμος, ἤγουν φυτοσπόρος, καὶ μεταθέσει διὰ καλλιφωνίαν φυτάλμιος.* Schol.

300. *ἐξ ἐλ. δέρης*, *ex ore libero.*

301. *φιλτ.*, carissimorum, praesertim parentum, conjugum ac liberorum. vide Soph. Oed. R. 351, Eurip. Med. 16, Aristoph. Eccles. 965. etc.

302. *τοὺς δέ.* Graecos. *νυκτ. — πόνος*, *labor discurrendi noctu inter pugnandum.*

303. *νῆστις*, *jejunus* (labor), h. e. jejunorum militum. — *πρὸς ἀρ.* *ad jentaculum*, qui erat primus cibus, quem mane sumebant veteres. Odyss. *π'*, 2.: *ἐντύνοντ' ἄριστον ἅμ' ἠοῖ.* Xenoph. Cyrop. 6, 4, 1.: *τῇ δ' ὑστεραίᾳ πρωῒ μὲν ὁ Κῦρος ἐθύετο, ὁ δ' ἄλλος στρατὸς ἀριστήσας* etc. capiebatur autem plerumque circa tertiam horam, teste Suida. hic noster Palamede ap. Schol. Venet. ad Iliad. *β'*, 381. aliosque: *σῖτον δ' εἰδέναι διώρισα, Ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα θ' αἱρεῖσθαι τρία.* Phrynichus App. Soph. p. 23.: *τέσσαρας μὲν τροφὰς οἶδεν ὁ ποιητής —· ὁ δὲ Αἰσχύλος τρεῖς οἶδεν, ἀφελὼν τὴν δειελινήν· οἱ δὲ Ἀττικοὶ τὴν μὲν ἑωθινὴν, ἀκράτισμα, τὴν δὲ περὶ μεσημβρίαν, ἄριστον, τὴν δὲ περὶ ἑσπέραν, δεῖπνον, ἐξαιροῦντες τὴν δειελινήν.* verum *ἀκρατίζειν* nihil aliud erat quam frustum panis vino imbutum primo mane comedere, ad confirmandas vires stomachi, dum tempus *ἀρίστου* adesset. vid. Upton. ad Dionys. Halic. de Comp. verb. 3. p. 18. *E Bl.* cf. Nitschii librum germ., a G. G. S. Köpkio editum, de antiqq. gr., vol. I. p. 560. seqq.

304. *ἐν μέρει.* *alternis vicibus*, suo quisque ordine. cf. infra 1078, Choëph. 330. etc. — *Bl.* S: *nullo certo distributionis signo observato.*

305. *ὡς — πάλον.* h. e. *ὡς ἔτυχε*, nihil amplius: nam si proprie intelligendum esset, sors pro signo fuisset, nec poëta dixisset, rem factam esse *πρὸς οὐδὲν τεκμήριον.* Hesych.: *πάλος· κλῆρος. ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι πρὸς τὴν αἵρεσιν τοῦ λαγχάνοντος. καὶ τὸ* (Bl. *κατὰ τὸ*) *κλήρους δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες.* plura Bl. ad Theb. 55.

307. ita St. S: *τῶν δ' ὑπ.* libri *τῶν ὑπ.* sed opus est copula.

308. inepte libri: — *ἀπαλλαγέντες, ὡς δυσδαίμονες Ἀφύλακτον* etc. jam olim scripsi *ἀπ. ὧς, δυσδαίμονες*, SIC *liberati*, *infelices*, h. e. infeliciter: neque enim bene liberati a pruinis roribusque nocturnis videntur Clytaemnestrae illi, quibus pernoctandum fuerit in peregrinis aedibus, non domi in patria. cf. 315. sequ. hanc emendationem pro sua venditans Well. ita scripsit: *ναίουσιν ἤδη, τῶν ὑπ. — ἀπαλλαγέντες· ὧς δυσδαίμονες ἀφυλ.* etc.

ἀφύλακτον εὑδήσουσι πᾶσαν εὐφρόνην.
εἰ δ' εὐσεβοῦσι τοὺς πολισσούχους θεοὺς
τοὺς τῆς ἁλούσης γῆς, θεῶν θ' ἱδρύματα,
οὐκ ἄν γ' ἑλόντες αὖθις ἀνθαλοῖεν ἄν·
ἔρως δὲ μή τις πρότερον ἐμπίπτῃ στρατῷ
ποθεῖν ἃ μὴ χρή, κέρδεσιν νικωμένους.
δεῖ γὰρ πρὸς οἴκους νοστίμου σωτηρίας
κάμψαι διαύλου θάτερον κῶλον πάλιν·
θεοῖς δ' ἀναμπλάκητος εἰ μόλοι στρατὸς,
ἐγρηγορὸς τὸ πῆμα τῶν ὀλωλότων
γένοιτ' ἂν', εἰ πρόσπαια μὴ τύχοι κακά.
τοιαῦτά τοι γυναικὸς ἐξ ἐμοῦ κλύοις·

309. *ἀφύλ.* *non actis excubiis* prae lassitudine, hostibusque vel caesis vel captis.

310. frustra Bl. et alii, auctore Valck. ad Eurip. Phoen. 1331.: *εὖ σέβουσι.* — *πολ. θεοὺς*, *deos urbem tuentes.* cf. Theb. 69.

311. *ἱδρ.*, *delubra.* (466.) ipsi quoque dei dicuntur *ἱδρύεσθαι*, ut Bl. annotavit. vide Eurip. 33.

312. *ἀνθαλοῖεν.* egregia emendatio, quam merito Glasg. aliique comprobarunt. Bl.: *ἀνθαλῷεν*, quam formam putat esse Atticam, Homeri autem *ἁλοίην.* Iliad. χ', 253.: *ἕλοιμί κεν· ἤ κεν ἁλοίην* etc. codd.: *αὖ θάνοιεν.*

313. metuit Clyt., ne ad praedandum dilapsi milites ex improviso opprimantur. *πρότερον*, antequam deos peregrinos venerati sint et eorum favorem sibi conciliaverint.

316. *διαύλου θάτερον.* *ἐπειδὴ ὁ δίαυλος δύο ἔχει σταδίους, ὧν τὸν ἕτερον διῆλθον ἤδη εἰς Τροίαν ἀνελθόντες, δεῖ λοιπὸν καὶ τὸν ἄλλον διελθεῖν, καὶ ὑπονοστῆσαι πρὸς τὸν οἶκον.* Schol. *κάμψαι κῶλον διαύλου*, ut *κάμψαι τὴν ἄκρην* ap. Herod. 7, 122, 193., quod Aristoph. Ach. 96. dicit *περὶ ἄκραν κάμπτειν*, et figurate *κάμπτειν βίον* vel *τέλος βίου*, *vitae metam attingere*, ap. Soph. Oed. Col. 91., Eurip. Hipp. 79., *κακὰ* Eurip. Suppl. 732. etc. cf. 693. — *δίαυλον τοῦ βίου* dixit Alexis Stobaei 120. p. 491. cf. Bl. et, quem testem citavit, Spanhem. ad Callim. Lav. Pall. 23.

317, 8. *ἀναμπλάκητος* (Soph. Oed. R. 455, Trach. 112.), *qui non aberrat*, sed scopum attingit, a verbo *ἀμπλακεῖν*, cujus aoristus tantum usitatus est. vid. Bl., qui partem certe hujus sententiae perspexit, prorsus coecutientibus aliis interpretibus, praesertim illis, qui *θεοῖς δ' ἂν ἀμπλάκητος*, Pauwii commentum, adoptaverunt. vulgata sic reddideris: *quin, etiamsi* (*εἰ:* vide Aristoph. Ach. 527. etc.) *in diis* (310. — 312.) *nihil deliquerit exercitus, tamen piaculum ex caede interfectorum expergisci potest, etiamsi nova mala* (ob neglectos deos) *non acciderint.* Bl.: „tot hominum caedes diis merito iram commovere possit: *τῶν πολυκτόνων γὰρ οὐκ ἄσκοποι θεοὶ* ait Chorus infra 409, qui ideo exoptat *μὴ εἶναι πτολίπορθος.*" *εἰ* bis illatum est in protasi, ut ap. Eurip. Suppl. 1035. — *ἐργηγ.* figurate, ut ap. Aristoph. Lys. 290. Eurip., monente Bl., El. 41.: *εὕδοντ' ἂν ἐξέγειρε τὸν Αγαμέμνονος Φόνον.*

319. *πρόσπαια.* *πρόσφατα. νῦν προσπαίσαντα καὶ προσκρούσαντα αὐτοῖς.* Schol. Hesych.: *πρόσπαιον. πρόσφατον, νέον.* cf. 170.

τὸ δ' εὖ κρατοίη, μὴ διχοῤῥόπως ἰδεῖν·
πολλῶν γὰρ ἐσθλῶν τὴν ὄνησιν εἱλόμην.
ΧΟ. γύναι, κατ' ἄνδρα σώφρον' εὐφρόνως λέγεις·
ἐγὼ δ', ἀκούσας πιστά σου τεκμήρια,
θεοὺς προσειπεῖν εὖ παρασκευάζομαι·
χάρις γὰρ οὐκ ἄτιμος εἴργασται πόνων.
ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, καὶ Νὺξ φιλία, a. d.
μεγάλων κόσμων κτεάτειρα, a. par.
ἥτ' ἐπὶ Τροίας πύργοις ἔβαλες a. d.
στεγανὸν δίκτυον, ὡς μήτε μέγαν,
μήτ' οὖν νεαρῶν τιν' ὑπερτελέσαι
* μέγα δουλείας a.
γάγγαμον, ἄτης παναλώτου! a. par.

321. τὸ εὖ. *id quod felix faustumque est.* cf. 118. *Bl.* — διχ. *ancipiti inclinatione*, metaphora a statera. μὴ διχ. ἰδεῖν, *non dubium sive incertum adspectu.* οὐ διχοῤῥόπως et infra legitur 721, 1158, et bis in Supplicibus. ἰδεῖν, monente Bl., ut Rhes. 357.: καλὸν, ὦ Θρήκη, Σκύμνον ἔθρεψας πολίαρχον ἰδεῖν!

322. hoc idem est ac si dixisset τὸ γὰρ εὖ εἱλόμην, *nam bonum eligo*, siquidem τὸ εὖ, quod superius esse optavit, recte dici potest πολλῶν ἐσθλῶν ὄνησις. εἱλόμην dictum, ut εἶπον ap. Eurip. Med. 257., ubi vide annott.

323. κατ' ἄνδρα — λέγεις, *pro sapiente viro benevole loqueris.* ita Soph. Ant. 724.: δράτω, φρονείτω μεῖζον ἢ κατ' ἄνδρ' ἰών. Eurip. 638.: σοφώτερ' ἢ κατ' ἄνδρα συμβαλεῖν ἔπη. cf. Bl. et infra 831. Chorus non modo prudentiam reginae, verum etiam benevolentiam laudat. benevolum enim in suos animum prodere visa erat optando, ut ne peccato quodam graviore in deorum ultionem incurrerent. *E S.*

326. τιμώμενοι γὰρ θεοὶ ἠμείψαντο ἡμᾶς. Schol. recte S.: *non contemnenda enim praemia labores Graecorum bellici tulerunt* (expugnata Troja); *pretium non vile laboris partum est* (Ovid. Heroïd. 18, 162.). — scena exit Clytaemnestra, sive imperatum aliquid domi, seu potius obitum altaria per vicos disposita. vide 533.

327. — 338. hoc σύστημα ἐπιφθεγματικὸν appellat Schol. Hephaest. cap. 13.: ὅταν μὲν οὖν βραχέα ᾖ τὰ ἐπιφθεγματικά, τοῦτο (intell. τὸ ἐπιφθεγματικὰ καλεῖσθαι) πρόσεστιν αὐτοῖς μόνον· ἐὰν δὲ καὶ τηλικαῦτα ὥστε στροφὴν ἐκπληροῦν, καὶ προτετάχθαι μὲν τὴν τοῦ ποιητοῦ στροφὴν, ἐπιζεῦχθαι δὲ τὴν τῶν ἐπιφθεγμάτων, εἶτα πάλιν τὰ ἴσα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ἔσται τὸ τοιοῦτον σύστημα κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερές.

327. Ζεῦ βασ. cf. Pers. 505.

328. *magnorum decorum auctor* seu *procuratrix*, victoriae, praedae opimae, et captivorum numeri innumeri. Bl.: κτεάτ., *in possessionem tradens.* a κτέαρ, *possessio*, unde κτεατίζω.

330. στεγ., *forte, validum.* μέγαν, *adultum.*

332, 3. sagaciter S. priore ed. haec verba in suspicionem nobis adduxit, quae si absint, perspicuitati nihil decedit, elegantiae autem nonnihil accedit: nam ἄτη πανάλωτος exquisite dicitur servitus nemini parcens, quibus verbis verisimile est τὸν τυχόντα explicandi gratia adscripsisse verbum proprium δουλείας, et

Δία τοι ξένιον μέγαν αἰδοῦμαι,
τὸν τάδε πράξαντ', ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ
τείνοντα πάλαι τόξον, ὅπως ἂν
μήτε πρὸ καιροῦ, μήθ' ὑπὲρ, ἄστρων
βέλος ἠλίθιον σκήψειεν. a. par.
Διὸς πλαγὰν ἔχουσιν εἰπεῖν ant. d. h. στ. α'.
πάρεστι τοῦτό γ' ἐξιχνεῦσ' ὡς i. d. h.
ἔπραξεν, ὡς ἔκρανεν. οὐκ ἔφα τις i. tr. c.
θεοὺς βροτῶν ἀξιοῦσθαι μέλειν as., i. h. et dm.

versificatorem *μέγα*, sublectum illud in vicinis. Pollux 10, 132.: *Αἰσχύλος τὸ δύσλυτον κακὸν, ἢ δυσέλικτον, ἔφη γάγγαμον ἄτης παναλώτου.* viden', hunc verba *μέγα δουλείας* non legisse in suis exemplaribus? nam si legisset, profecto non generatim dixisset *κακὸν*, sed servitutis calamitatem commemorasset. sane scribendum esse arbitror: — *ὦ μήτε μέγαν,*
μήτ' οὖν νεαρῶν τιν' ὑπερτελέσαι
γάγγαμον ἄτης παναλώτου.
ceterum Aeschylus similiter dixit *ἀπέραντον δίκτυον ἄτης* Prom. 1055. *Σπ.: γάγγαμον. δίκτυον.* Oppianus Halieut. 3, 80.: *γαγγάμαι, ἠδ' ὑποχαὶ περιηγέες, ἠδὲ σαγῆναι.* — *παναλώτου*, *omnia capientis*, quam vim adjectivorum in *τος* desinentium explicuere Musgravius ad Soph. Trach. 537. (507.) et Porsonus ad Eurip. Hecub. 1117. (1075.). cf. Iphig. Aul. 906, supra 114. etc.

334. *Δία ξένιον.* cujus numen Paris violaverat hospitis uxore rapta. cf. 61. Suppl. 574. etc.

336. *τόξον. ἤγουν τὴν τιμωρίαν, μεταφορικῶς.* Schol.

337. *ὑπὲρ* adverbii significationem habet, valetque *ὑπὲρ καιρὸν* seu *πέρα καιροῦ.* (Eurip. Suppl. 729.) *ὑπὲρ τὸν καιρὸν*, *ultra id quod commodum est*, dixit Xenophon Mem. Socr. 1, 3, 6. *ἄστρων βέλος* est *fulmen.* Eurip. Hipp. 508.: *οὔτε γὰρ πυρὸς, οὔτ' ἄστρων ὑπέρτερον βέλος*, ubi vid. Valck. qui hanc viam interpretandi vidit, Bl., tamen eam inire noluit, sed in conjecturarum campo vagatur.

338. *ἠλ. vanum*, ab *ἦλος*, *fatuus* (Iliad. ο', 128.), unde *ἤλιθος* et adverbium *ἤλιθα*, *incassum.* cf. Bl.

339. seqq. *Jovis ictum habentibus* Trojanis *dicere licet*, *se investigasse* (i. e. expertos scire), *hoc fecisse*, *perfecisse* Jovem. Bl.: „*πλαγὰν ἔχουσιν.* locutio ex arena, ubi pugil vel gladiator, cum ab adversario percussus est, dicitur *ἔχειν πληγὴν.* cf. inferius 1229." etc. mihi generatim vulnerati dici videntur *πληγὴν ἔχειν*, sicut *πληγὴν λαμβάνειν* ii, qui vulnerantur, aut deverberantur. vide Aristoph. Pac. 483. Antiatticista Sangerm. p. 111. ed. Becker.: *πληγὴν ἔχων, ἀντὶ τοῦ τετρωμένος.* Eurip. Androm. 1030.: *τοιάσδε φασγάνων πληγὰς ἔχει.* Terentius Andr. 1, 1, 55. *ἐλλειπτικῶς: habet.* ubi Donatus: *sic dicitur de eo, qui letaliter vulneratus est.*

340. ita Pauw. libri *ἐξιχνεῦσαι*, versu pessumdato. *αι* elisum, ut ap. Eurip. Iph. T. 627, Aristoph. Ran. 648. etc.

341. *οὐκ ἔφα τις. negare solet nonnemo* (*τὶς*, germ. *mancher:* vide Matth. gr. gr. §. 487.), *deos curare illos*, *qui rerum sanctarum et inviolabilium decus conculcent; impius ille quidem.* „his verbis non designatur certa quaedam, v. c. Paridis, persona, sed universe notantur ii, qui divinam esse hominum curam et providentiam, improborumque facinorum ultionem, negabant." S.

342. *ἀξ. μέλειν*, *cura sua dignum putare.*

ὅσοις ἀθίκτων χάρις πατοῖθ'· ὁ δ' οὐκ εὐσεβής.
as., 2 comp. ex i. et cr.
* πέφανται δ' ἐκγόνοις ἀτολμήτων ἄρη as., ant. et i. d.
πνεόντων μεῖζον ἢ δικαίως, sim. 339.
φλεόντων δωμάτων ὑπέρφευ
ὑπὲρ τὸ βέλτιστον. ἔστω δ' as., i. et t.
ἀπήμαντον, ὥστε κἀπαρκεῖν do. c.
εὖ πραπίδων λαχόντα· an. chor.
οὐ γάρ ἐστιν ἔπαλξις πλούτου πρὸς κόρον ἀνδρὶ
as., 2 pher.
λακτίσαντι μέγαν Δίκας βωμὸν εἰς ἀφάνειαν. pri.
βιᾶται δ' ἁ τάλαινα πειθὼ ἀντ. α΄.

344. probat hoc primum exemplo filiorum Aegypti, quos avari patris culpa perdidit, cum eorum res supra modum florerent; deinde Paridis, qui tantum bellum incontinentia sua excitavit. πέφανται, *apparuit*, manifestum factum est, ἐκγόνοις, *per filios* etc. scripsi ἐκγόνοις, cum libri habeant ἐγγόνους. Stanlejo placuit ἐγγόνοις. de his verbis permutari inter se solitis vide Porson. ad Eurip. Phoen. 1122. (1036.), Soph. Ajac. 788, Aristoph. Equ. 735. quod item legitur, ἀτολμήτων, mutandum esse arbitror in ἀτολμήτως.

345. πνεόντων. intelligitur unus Aegyptus, usu pluralis pervulgato. cf. 372. dicitur autem ille *bellum non audendum spirasse*, ut quod fratri ejusque filiabus intulerit. cf. inferius 1121.

346. φλεόντων — βέλτιστον, cum Aegypti opes mire et ultra quam satis erat affluerent, fugiente Danao, ipsique totum patris regnum cedente. nihilominus periisse dicit filios ejus propterea quod Aegyptus ἀθίκτων χάριν ἐπάτησε, consobrinarum nuptias expetens, et immani bello contra jus fasque fratrem adortus. Bl.: φλέω, *scaturio*, *abundo*. cf. 1303. Hesych.: φλεῖ. γέμει, εὐκαρπεῖ, πολυκαρπεῖ.

347. ἔστω — λαχόντα. hoc est illud, quod dixit Persius 3, 25.: *purum et sine labe salinum*, sive πλοῦτος αὐτάρκης ejus, qui nec damna fecit, nec aere alieno laborat. *volo rem non esse attritam, ita ut et negotiis suis gerendis sufficiat vir sanae mentis.* ἐπαρκεῖν, ut Eurip. Hecub. 933. φίλοις ἐπαρκεῖν, quem locum protulit Bl. cf. 1056.

350. *homini enim magnam*, seu venerandam, *Justitiae aram insolenter calcibus impetenti*, seu conculcanti, h. e. violanti, *divitiae nihil prosunt ad propulsandum interitum*. cf. 410. seqq. S. ἔπαλξις πλούτου, *propugnaculum divitiarum*, h. e. id, quo divitiae velut propugnant alicui, quemadmodum Soph. δόξης ὠφέλημα dixit Oed. Col. 224. cf. Bl. πρὸς κόρον, *insolenter*, more saturorum, dictum est ut πρὸς βίαν, πρὸς ἡδονὴν et similia. Δίκας βωμὸν, ut Eum. 541. Pindarus Isthm. 4, 52.: ἔστιν δ' ἀφάνεια τύχας καὶ μαρναμένων, Πρὶν τέλος ἄκρον ἱκέσθαι, quod ita reddidit eruditissimus Thierschius: *Auch solche, die kämpften, verhüllt ein dunkel Geschick, Eh sie dem Gipfel genaht.* vide Bl. et interpp.

352. *sed urget cogitque eum misera*, h. e. improba, *Fiducia* etc. prava noxiaque fiducia homines abripi dicit ad male faciendum; nec remedium ejus rei esse, nec contegi solere perniciem, sed velut facem diram elucere; ad modum vero vilis aeris hominem pravum, attritu atque allisione exploratum, apparere ni-

προβουλόπαις ἄφερτος ἄτας,
ἄκος δὲ παμμάταιον· οὐκ ἐκρύφθη,
πρέπει δὲ, φῶς αἰνολαμπὲς, σίνος·
κακοῦ δὲ χαλκοῦ τρόπον, τρίβῳ τε καὶ προσβολαῖς
μελαμπαγὴς τέλει δικαιωθεὶς, ἐπεὶ
διώκει, παῖς, ποτανὸν ὄρνιν,
πόλει πρόστριμμ' ἄφερτον ἐνθείς.
λιτᾶν δ' ἀκούει μὲν οὔτις
θεῶν, τὸν δ' ἐπίστροφον τῶνδε
φῶτ' ἄδικον καθαιρεῖ.
οἷος καὶ Πάρις, ἐλθὼν ἐς δόμον τὸν Ἀτρειδᾶν,
ᾔσχυνε ξενίαν τράπεζαν κλοπαῖσι γυναικός.

grum, h. e. malum, ut qui pueriliter avem volantem persequatur, civitati cladem intolerabilem afferens. προβουλόπαις esse videatur πρόβουλος παῖς, quemadmodum ap. Eurip. Or. 936. Proserpina audit καλλίπαις θεὰ, h. e. interprete Schol. Guelf. ἡ καλὴ παῖς, et Minerva ἀμβροτόπωλος Troad. 553. (517.), ubi plura id genus congesta sunt a Seidlero. sed rectius, ni fallor, Bl. secundum Schol.: „προβουλόπαις ἄφερτος," inquit, „*quae liberis pessime consulit*. ordo verborum hic est: ἁ τάλαινα πειθὼ Ἄτας, προβ. ἄφερτος — *Fati* (imo Ates) *vero suadela urget*, i. e. eos in exitium pellicit, *quae posteris intolerabili modo consulit*, i. e. quae praesentis lucri spe facit nocitura postmodo se natis." ipse Schol.: πειθώ. τῆς δ' ἄτης πειθὼ ἄφερτος καὶ ἀφόρητος καὶ βαρεῖά ἐστιν, ἥτις βιάζει αὐτοὺς, πρόνοιαν δῆθεν τοῦ πλουτίσαι τοὺς παῖδας ποιουμένη. cadit hoc, ut quod maxime, in Aegyptum, qui Danaïdum nuptias conglutinare studuit, quo filii toto avito regno potirentur. vide Hygin. fab. 168.

354. παμμ. *prorsus irritum.* ita πάμπρεπτος supra 115. — *Bl.* οὐκ ἐκρύφθη. *non* (enim) *solet tegi* aut extingui. asyndeton ἐπεξηγητικὸν, ut ap. Euripidem Bacch. 237., Aristophanem Av. 841. etc.

355. φῶς, ὡς φῶς, ut 358. παῖς, ὡς παῖς. cf. de hac ellipsi Eurip. Phoen. 733, 1052, Aristoph. Plut. 294. etc. Bl.: „αἰνολ. *horrendum splendens*. sic ap. Virg. Aen. 10, 272. cometae *lugubre rubent*." Schützio tropus esse videtur ab incendio, longe lateque terribiliter resplendente. — σίνος, *noxa*. cf. 500.

356, 7. ordo: τρίβῳ τε καὶ προσβολαῖς δικαιωθεὶς πέλει μελαμπαγής. μελαμπ., *cui nigror concretus est*, h. e. niger, obscurus, nec resplendens ut aurum, aeri admixtum. opponitur φῶς αἰνολαμπές.

358. monuit St., proverbiale esse τὰ πετόμενα διώκειν, quod Plato usurpavit Euthyphrone p. 4. et Aristot. Metaph. 3., ubi quidem significat res obscuras pervestigare. Persius Sat. 3, 6.: *an passim sequeris corvos testave lutove?* Salomon. proverb. 10, 4. (?): *qui nititur mendaciis, ille pascit ventos et sequitur aves volantes.* Hom. Il. ρ', 75.: σὺ μὲν ὧδε θέεις, ἀκίχητα διώκων. haec St. cf. Aristoph. Av. 168. seqq.

359. πρόστριμμ' ἐνθείς, *detrimentum importans.*

360. λιτᾶν, *precum* viri improbi, cum eum facinoris sui poenitet.

361. τὸν ἐπίστροφον τῶνδε, *qui haec* (injusta et prava) *tractat*, iisque deditus est. ἐπιστρέφεσθαι dicuntur, qui aliquid curant: vide Soph. Philoct. 571, Eurip. Cycl. 285. etc.

364. ξεν. τράπεζαν, *mensam hospitalem.* mensae participatio san-

λιποῦσα δ' ἀστοῖσιν ἀσπίστορας sim. 342. στ. β'.
κλόνους λογχίμους τε, dm. h.
καὶ ναυβάτας ὁπλισμοὺς, an.
ἄγουσά τ' ἀντίφερνον Ἰλίῳ φθορὰν, i. tr.
βέβακεν ῥίμφα διὰ πυλᾶν, ant. d.
ἄτλητα τλᾶσα. πολὺ δ' ἀνέστενον i. tr. br.
τόδ' ἐννέποντες δόμων προφῆται· as., 2 i. h.
„ἰὼ, ἰὼ δῶμα, δῶμα καὶ πρόμοι! as., i. h. et i. d. br.
ἰὼ λέχος καὶ στίβοι φιλάνορες,
* πάρεστι σιγᾶσ', ἄτιμος, ἀλοίδορος,
ἄδιστος, ἀφεμένων, ἰδεῖν· i. d.

ctissimum fidei vinculum putabatur. Eurip. Hecub. 781.: κοινῆς τραπέζης πολλάκις τυχὼν ἐμοί. Celsus ap. Orig. 2. p. 72.: ἀνθρώπῳ μὲν ὁ κοινωνήσας τραπέζης οὐκ ἂν αὐτῷ ἐπιβουλεύσειεν. proverbiale praeceptum est ap. Zenob. 1, 62. ἅλας καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν. *E Bl.* violatum jus hospitii notatur: Paris enim a Menelao hospitio exceptus non erubuit tamen ejus uxorem rapere, ablatis etiam multis opibus. unde infra 473. dicitur ὄφλων ἁρπαγῆς τε καὶ κλοπῆς δίκην. cf. 634. S.

365, 6. λιποῦσα. ἡ γυνὴ, Helena. ἀστ. *civibus* Argivis. ἀσπίστ. — λογχίμους τε. *strepitus clypeatorum et hastatorum.* h. e. bellum, quod significatur etiam τοῖς ὁπλισμοῖς ναυβάταις. annotavit Bl. ad vocab. ἀσπίστορας, notiorem formam esse ἀσπιστήρ. λόγχιμος dictum ut δόκιμος, πόμπιμος, τρόφιμος, μόνιμος, aliaque similia, quae protulit idem vir doctus.

368. ἀντ. ἤγουν ἀντὶ προικὸς φθορὰν καὶ ἀπώλειαν κομίσασα. Schol. sic infra 399. ἀντήνωρ σποδὸς, *cineres hominum loco.* similiter autem Eurip. Androm. 102.: Ἰλίῳ αἰπεινᾷ Πάρις οὐ γάμον, ἀλλά τιν' ἄταν Ἠγάγετ' εὐναίαν εἰς θαλάμους Ἑλέναν. *E Bl.*

369. ῥίμφα, *celeriter*, a ῥίμπτω Ionico. vide Bl. διὰ πυλᾶν, per fores aedium Menelai, quas aedes, non Priami, etiam 371. dici consentaneum est.

370. ἄτλητα τλᾶσα, *non audenda ausa.* — ἀνέστενον Flor. ceteri libri versu manco ἔστενον. cf. 485.

371. δόμων προφῆται, aedium regiarum vates, sive sacrorum interpretes, qui domi manebant, quando οἱ στρατομάντεις (119.) proficiscebantur cum exercitu.

372. πρόμοι, principes, Menelae. cf. 180, 345. etc.

373. στίβοι φιλ. viae sive vestigia virum amantis Helenae, cum pudica esset. cf. Eurip. Alcest. 914. seqq.

374. affecta. mirum, ni hoc dederat Aeschylus: πάρεστι σίγ' ἐς ἀτίμους (στίβους φιλάνορας), ἀλ., ἄδιστος, ἀφεμένων (ὄντων τῶν στίβων τῶν φιλανόρων, intermissis viis illis, et velut obrutis amantis olim Helenae vestigiis), ἰδεῖν. *adstat* Menelaus *silens inhonoris, sine convicio suavissimusque adspectu, cum intermissa* ac neglecta *sint.* qui horum sententiam magna ex parte perspexit, S, etiam σίγ' eruit, sed reliqua non magis quam ceteri interpretes videtur expedivisse. quod attinet ad nostram emendationem, ea perfacilis est, cum nemo nesciat, ει et α, itemque ο et ου, non raro inter se permutari in codd. sic εἰς, cujus loco metri gratia scripsi ἐς, mutatum est in ας, ἀτίμους autem in ἄτιμος, quemadmodum ἐφέδρους in ἔφεδρος ap. Eurip. Troad. 138., ἐφεστίους in ἐφέστιος Rhes. 199.; et id quidem eo proclivius fuit, quod

πόθῳ δ' ὑπερποντίας as., i. et cr.
φάσμα δόξει δόμων ἀνάσσειν. as., i. et i. h.
εὐμόρφων δὲ κολοσσῶν ἔχθεται χάρις ἀνδρί, as., 2 pher.
ὀμμάτων δ' ἐν ἀχηνίαις ἔῤῥει πᾶσ' ἀφροδίτα. pri.
ὀνειρόφαντοι δὲ πενθήμονες ἀντ. β'.
πάρεισιν φέρουσαι
δόξαι χάριν ματαίαν·
μάταν γάρ, εὖτ' ἂν, ἐσθλά τις δοκῶν ὁρᾶν,
παραλλάξασα διὰ χερῶν

